



**R. P. D. Thomæ Delbene Marvbiensis, Clerici Regvlaris,
Sacrae Theologiae Professoris ... De Immvnitae, Et
Ivrisdictione Ecclesiastica**

Bene, Thomas del

Lugduni, 1674

XXI. An Moniali, si necessitas exeundi manifesta sit, & Superior tunc pro
licentia petenda adiri non possit, liceat, eo inconsulto, egredi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98676](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98676)

fectionem vitam excitanti resistere, & aditum ad perfectionem intercludere; tum quia olim dictus transitus concedebatur (vt patet ex c.1. 20. q.4. & docent ibi Gloss. verb. *Virgines*, & in c.1. cap. vnic. verb. *Perpetua*, Archidiaconus. num.1. D. minic. num.11. Abb. cap. fin. num.7. de statu Monachorum. Additionator ad Abb. in cap. non est, li. C. ad fin. de Regul. Silu. verb. *Religio* 4. q.16. dist.2. & Greg. Lopez l.9. verb. *Religiosos*, tit.7. part.1.) ergo & hodie concedi poterit; cum nulquam appareat talis iuris antiqui correctio; siquidem cit. cap. vnic. Tridentinum, & Bulla Pij V. loquuntur solum in ordine ad vacandum, non autem in ordine ad vitam Religiosam strictiorem amplectendam; & cit. cap. licet, quamvis de solis Religiosis viris loquatur, quoad rationes tamen aequè procedit in Monialibus; & sic in vtriusque eadem debet esse iuris dispositio; atque ita etiam post Tridentinum, sentiunt Mandes in signatur. grat. verb. *Licentia*, col.9. 2. vers. *quæ dicta sunt*; Tapia Auth. ingressi, verb. *ingressus*, cap.9. num.37. C. de sacros. Eccles. Rodrig. tom.3. q.52. art.6. & Zerola 1. part. verb. *Moniales*, in fin.

Confirmatur, quia apud Ricciullum in tract. de iure personar. extra grem. Eccles. vacant. lib.8. cap.5. num.4. Sacra Congregatio in vna Nannetenfi 1613. & in vna Redonensi 1617. sic expressè decernit, quod scilicet non obstante etiam rigorosa clausura Monialium, possit adhuc Monialis, seruatis seruandis, transire de vna Religione ad aliam: at in casu, quo transire de vna Religione, ad quam transit, Nouitiatum facere, & professionem emittere. Rota decis. 109. num.2. & seqq. in recent. & Tamburin. disp. 21. quæst.1. num.11.

6 Obiicies, in cap. vnicum, §. confirmatos, in fin. de Religiosis domibus in 6. decernitur, quod nullus Ordo ad alium, vel Conuentus ad Conuentum se, ac loca sua totaliter transferat absque licentia Sedis Apostolicæ: ergo.

Respondetur, nos loqui de translatione personali, non locali; in textu autem cit. sermo est de translatione, quæ cum loco, seu applicatione bonorum facienda est: ita Rodrig. & Zerola in locis cit. contra Azorium 1. p. lib.13. q.1.

7 Caterum quod ait Rodrig. loco supra cit. (requiri ad talem egressum, ob clausuram in Tridentino, & in Bulla Pij V. Monialibus indictam, Superiorum, & Ordinarij licentiam, quam inquit, tenentur illi concedere) mihi non probatur, sed dicendum satis esse eam (sicuti dicitur de Religiosis viris) petere, etsi non obtineatur; quia Tridentinum, & Bulla Pij V. non loquuntur in hoc casu, vt dicebamus.

at per moram vnus, vel alterius diei, v.g. ad visitandam imaginem, consanguineam, amicam, &c. non violat præceptum clausuræ.

Respondetur affirmatiuè, v.g. egressa ob morbum, vel alium casum permissum tenetur, sanitate obtenta, vel negotio finito, ad Monasterij clausuram redire. Sic Collector priuileg. verb. *ingredi*, §.34. Rodrig. q.49. art.9. in princip. Miranda de Monialibus, q.1. art.5. ad finem, Barbosa de officio & potest. Episcop. 3. p. alleg. 102. n.58. Bonacina de clausura, q.1. punct.9. n.31. Layman. lib.4. tract.5. c.12. n.1. & Lezana tom.1. cap.25. n.22. & pater, quia cessat tunc causa concessionis egressus; tum quia dum in cap. periculofo, §. verum quando, de statu Regular. in 6. conceditur exitus Abbatissæ causa recipiendi iuramentum fidelitatis, subditur: *Quamprimum fieri poterit, seu fidelitatis præstatio sacramento*, ad ipsum Monasterium è vestigio reuersura, vbi Glossa verb. è vestigio, explicat, statim, vel continuè; & Ioan. Andr. ibi num.3. Archidiaconus. n.3. Anchar. n.4. & ceteri Canonistæ inde dicunt, quod concessa specialiter, & contra ius suis terminis sint continenda, & expedita concessionis causa, redeundum sit ad ius commune: tum quia in Bulla, *Decoris, & honestati*, postquam præterquam ob triplicem infirmitatem ibi declaratam, prohibetur egressus Moniali, subditur: *Sed nec in prædictis casibus extra illa Monasteria, nisi ad necessarium tempus, stare licet*.

Hoc autem præceptum, cum simus in moralibus, moraliter (sicuti cum dicitur de obligatione ad restituendum, vel ad residendum, &c.) intelligendum est, ita vt per moram breuem, verbi gratia vnus, vel alterius diei, Monialis illud non violet. Accedit, quod sic etiam colligitur ex cit. capite periculofo, §. verum quando, vbi cum Pontifex præcepisset è vestigio finito negotio, reditum ad clausuram, subdit: *Sic quod in fraudem residentia, siue mora claustralis nihil fiat omnino*: quibus verbis clarè significat, eam solam damari moram, quæ sit alicuius momenti, quæque cederet in clausuræ fraudem, non autem quæ sit vnus, vel alterius diei, vt si Monialis, finito negotio, per vnum, vel alterum diem alicubi moretur, vel ad clausuram rediens, in itinere aliò diuerfat, ad visitandam imaginem, cognatam, vel amicam; quia hoc, moraliter loquendo, non est in clausuræ fraudem, vti dicebam, & videri possunt Rodrig. tom.1. quæst.47. art.11. Gutierrez q. Canon. lib.1. cap.14. in fine, Bonacina, & Lezana in locis supra cit. & quæ dicuntur infra dub.51.

DVBITATIO XX.

An Monialis ad tempus legitimè egressa teneatur statim redire?

SUMMARIUM.

- 1 Monialis ad tempus legitimè egressa, nempe ob morbum, vel alium casum permissum, tenetur sanitate obtenta, vel negotio finito ad Monasterij clausuram redire.
- 2 Verbum (è vestigio) sonat statim, vel continuè.
- 3 Concessa specialiter, & contra ius suis terminis sunt continenda, & expedita concessionis causa redeundum est ad ius commune.
- 4 Monialis egressa legitimè, si in redeundo ad Monasterium sit morosa per moram breuem, v.g. vnus, vel alterius diei, non violat præceptum clausuræ.
- 5 Monialis egressa legitimè, si finito negotio aliò diuer-

DVBITATIO XXI.

An Moniali, si necessitas exeundi manifesta sit, & Superior tunc pro licentia petenda adiri non possit, liceat, eo inconsulto, egredi?

SUMMARIUM.

- 1 Monialis necessitate cogente, si non sit aditus ad superiorem pro obtinenda licentia, potest eo inconsulto egredi.
- 2 Necessitas legem non habet, & per epicheiam censeri potest casus necessitatis exceptus.
- 3 Monialis non præsumitur necessitate cogente, coartari à superiore ad seruandam clausuram.
- 4 Monialis necessitate cogente egressa sine superioris licentia tenetur eidem significare suum egressum, si aurret, & ipsa possit.

5 Superior

5 Superior, si durat egressus Monialis, & causam ipsius non approbet, potest illum emendare, secus est si Monialis iam rediit ad Monasterium.

1 R Espondetur affirmatiue, quia necessitas legem non habet, & per epicheiam ceteri potest, tale casum non comprehendit in decretis Concilij, & Pontificum, quia in tali casu non presumitur Superior velle Monialem ad clausuram obligare: atque ita docent Dominic. in cit. cap. periculofo, in fin. Franc. ibid. num. 4. Sylu. verb. Religio 7. quest. 16. dist. 1. Collector priuilegior. Mendicant. verb. Clausura Monialium, casu 1. Llamas in appendice, §. 10. Rodriguez quest. 49. art. 2. Layman loco supra cit. Bonacina de clausura, quest. 1. punct. 8. Lezana tom. 1. cap. 25. num. 21. Zecchius de Republ. Ecclesiast. tit. de Regular. cap. 3. num. 15. qui recte subdit, quod teneatur postea hæc Monialis id Superiori significare. Quod intellige, si possit, & daret egressus, quia cum adhuc ille daret, potest Superior illum emendare, si causam, cuius cognitio pertinet ad ipsum, non approbat. At non tenetur, si iam egressus cessauit, ut quia iam Monialis rediit ad Monasterium, quia tunc Superioris facultate, & approbatione amplius non indiget, sicuti quid simile dicitur de Religioso, qui cum rati habitatione Superioris iam aliquid cognouit. Vide Bonacinam loco supra cit.

DVBITATIO XXII.

An, & quæ poenæ Moniali clausuram violanti, & ei fauentibus infigantur.

S V M M A R I V M.

- 1 Moniali clausuram violanti, & ei fauentibus duplex poena infligitur. Prior excommunicatio Pontifici referuata, posterior priuatio dignitatum, & officiorum.
- 2 Sententia Rodriguez reuocatur, & cur.

1 R Espondetur, de hac re sic statuit Pius V. in dicto Motu suo, qui incipit, Decori, & honestati. Aliiter autem, quam (ut prescribitur) egredientes, seu licentiam exendi quomodocumque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices personas, sine licentia, aut fauore, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis maioris lata sententia vinculo statim eo ipso absque aliqua declaratione sub acere, a quo præterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolui nequeant: & in super tam egressas, quam presidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus per eas, & per eos tunc obtentis, priuamus, & illas, & illos ad obientia, & ab alia in posterum obtinenda inhabiles decernimus.

2 Itaque ex dictis duplex poena infligitur. Prior excommunicatio Pontifici referuata, quæ generalis est contra Moniales aliter ac in Motu Pij V. conceditur, egressas, & contra licentiam egrediendi aliter ac in dicto Motu conceditur, concedentes, comitantes, ac receptantes. Posterior, priuatio dignitatum, administrationum, officiorum tunc obtentorum, & inhabilitas ad illas, & ad alia in posterum obtinenda, & hæc non est ita generalis, sicut excommunicatio, (quia solum afficit Moniales egressas, & presidentes, & alios Superiores licentiam egrediendi concedentes)

& non est Pontifici referuata, sicuti patet ex contextu, & tradunt Doctores apud Lezanam verb. Clausura, num. 21.

Ceterum, quod docet Rodriguez tom. 1. quest. 49. art. 5. (Moniales sic egressas contrahere excommunicationem aliam latam in Tridentino session. 25. cap. 5. de Regularib.) mihi non probatur, quia Tridentinum nec ibi, nec alibi excommunicationem infert contra Moniales egredientes, sed solum contra Monialium clausuram sine legitima causa egredientes.

DVBITATIO XXIII.

An dictæ poenæ eo ipso ante omnem Iudicis sententiam, etiam criminis declarationem, in foro conscientie contrahantur?

SECTION I.

Dubitationis Resolutio.

S V M M A R I V M.

- 1 Exceptis censuris, & irregularitate, poenæ alia lata contra violantes clausuram, & quoscumque alios, non contrahuntur ante sententiam criminis declarationem.
- 2 Poenæ, præscriptæ quæ non potest absque aliqua hominis actione executioni mandari (etiam si feratur ipso iure, vel ipso facto, & nulla expectata Iudicis sententia), non obligat in foro conscientie ante condemnationem.
- 3 Nemo subit poenam, nisi per sententiam criminis reus condemnatur.
- 4 Verba (ipso iure, ipso facto) intelligenda sunt de declaratione poenæ non autem criminis.
- 5 Lex debet esse iusta, & hominum moribus, & fragilitati accommodari.
- 6 Leges poenales quatenus præceptum continent, diriguntur ad subditos; quatenus poenam infligunt, referuntur ad Iudices, ut eas in transgressores exequantur.
- 7 Poenæ lata in motu Gregorij XIII. de datis, & promissis pro iustitia, vel grati contra transgressores sui motus non contrahuntur ante Iudicis sententiam, saltem criminis.
- 8 Poenæ lata in motu proprio Clementis VIII. de largitione munerum Religiosis interdicta, non contrahuntur in foro conscientie ante criminis sententiam.
- 9 Idem dic de Clericis non deferentibus habitum clericalem.
- 10 Idem dic de Clericis sodomiam exercentibus, contra Nauarrum.
- 11 Lex imponens taxam alicui rei venali, & imponens contravenientibus poenas, non obligat ante criminis sententiam, licet ante omnem sententiam teneantur restituere excessum pretij.
- 12 Beneficiatus potest retinere beneficium, donec declaratur delictum, propter quod beneficio priuatus est, nisi forte in lege dicatur, poenam in foro conscientie statim soluendam esse.
- 13 Rector Ecclesie sine solennitatibus requisitis alienans rem Ecclesie non tenetur abdicare beneficia ante criminis latam sententiam.
- 14 Idem dic de Prælati, qui Monasteria Monialium contrahunt.